Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 2683

Quelle:
Copyright:

XIV. *fol.* 167. Collectanea quaedam de Cenſuris eccleſiaſticis.

XV. *fol.* 170. p. 2. *Notabilia et Queſtiones circa materiam primi libri Ethicorum* Ariſtotelis.

XVI. *fol.* 175. *De ſanctuarijs ſacroſancte romane eccleſie.* Incipit: *In nomine ſancte et indiuidue trinitatis incipit ſcriptum de ſupremo ſanctuario ſancte dei romane eccleſie id eſt Laterenſis compoſitum* &c. Adventus Apoſtolorum *Petri* et *Pauli* in urbem, Fabula de Balneo *Conſtantini*, ejus Converſio, et ſacrarum aedium inſtitutio. Deſcriptio eccleſiae *Lateranenſis*, Reliquiae, Sepulcra Paparum. Deſcriptio aliarum eccleſiarum. Index titulorum Cardinalium, qui dividuntur in *Cardinales prime ſedis*, *ſancti Petri*, *ſancti Pauli*, *ſancte Marie maioris*, *ſancti Laurentii* et *Cardinales dyaconi*, univerſi numero LIII. Subjicitur Catalogus Abbatiarum et aliarum Eccleſiarum circa urbem hac clauſula: *Explicit deſcriptio ſanctuarij lateranenſis eccleſie. quam copiauit Jacobus de padua. de antiquo libro Abbacie ſancti amandi in picardia.* De Libri antiquitate ex eo ſtatues, quod *Alexandri* II. Pont. ſepulchrum memoret, qui a. 1073. diem clauſit.

XVII. *fol.* 177. p. 2. *De VII. miraculis mundi.* Trita illa. Ad calcem: *Expliciunt ſeptem miracula mundi transſcripta de libro Abbacie ſancti Amandi.*

XVIII. *fol.* 178. Excerpta brevia ex *C. Plinii Hiſtoria naturali.* In *folio* Codici praetexto olim legebatur: *Hunc librum teſtatus eſt pro collegio Ducali honorabilis et famoſus ſacre pagine profeſſor Magiſter Petrus de Pulka, cui retributor omnium bonorum retribuat in eterna vita.* Itaque aut Vir hic, aut alius quidam Magiſtrorum *Viennenſium*, dum *Pariſiis* literis vacaret, Codicem nactus fuerit.

DCCXXVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 610. f. currente calamo ſcriptus complectitur *Sermones CCXXXIII. de Feſtis Sanctorum cum propriis, tum in commune* ſine nomine autoris; ut enim manus recentior in fronte adnotaverit eſſe *Pauli de Nicolſpurg*, ex adferendis tamen partium clauſulis patebit, librarium illum fuiſſe potius, quam autorem. Habet vero univerſum Opus partes *tres*, quarum I. ſic minio inſcripta eſt: *In nomine domini Incipiunt ſermones de ſanctis Per circulum anni. Quorum primus eſt de Angelis In quo tractatur de officijs et de nominibus officiorum angelorum. Et quomodo per hec nomina angeli nos viuere docent in Eccleſia.* Sermo hic ſic incipit: *Factum eſt prelium magnum in celo &c. Habet dominus duplicem familiam ſibi omnino dilectam* &c. Deſinit haec Pars *fol.* 277. in *Sermone* CVII. hac clauſula: *Finita eſt prima pars ſermonum de ſanctis in communi* (potius propriorum) *per paulum de nicloſpurga. Sequitur ſecunda pars tituli eiusdem videlicet incipiendo a* 175

vigi-